

bus, interdum pro tribus, & interdum pro momento. Hoc locum vere habet antequam copia partibus sit tradita: Stryk. *ed. loc. n. 2. & 3. Confer & Bartol. in leg. Imperator. ff. de stat. Homin. qui latus an, & quando Notarius errorem corrigere valeat, discutit.*

64 Nec incongrue paucis hic disserendum de instrumentis confectis a Notario falsi damnato. Juris autem est competentissimi, Notarium post condemnationem require

conficere instrumenta, & confectis nihil valere, licet facta ad pias causas: Stryk. *loc. cit. cap. 4. num. 7. Rinac. de Falsis. quart. 157. n. 4.*

Limitat vero Stryk conclusionem hanc pluribus in casibus: «Nisi (*inquit loco allegato*) condemnatio non fuerit facta per sententiam publice lectam, sed occulte & secreta, &c. & nisi extra officium Notarius commiserit falsitatem, &c. vel perfiti si non

ferant, & consentiant, inveniuntur, aliqua subnectere. Nullus Presbyter similia exercitia tam in seculari, (1) quam ecclesiastico obtinebit foro: ad criminalia Clericorum petraclanda in judicio, unus in Sacris constitutus, dumtaxat, pro quacumque Diocesi, permittitur (2) Regularis nunquam; (3) fere idem disponit Lex Indica: (4) Ceteri vero, quibus scripturas faciendi potestas attribuitur, (5) in eis conficiendis eandem obtinent observantiam, (6) possuntque à Judicibus secularibus syndicari, (7) ab ecclesiastico vero, etiam qui huic tribunalis assiterint: (8) Nequeunt Notarii vulgo *Notaria de los Reynos* adipiscentes, utroque foro versantes, titulum, ante cuiusque oppidi ubi exercere velint, presentationem, Consilium effugere: in tantum ut si absque hac praxia diligencia suum munus ad usum revocaverint, nullam fidem instrumenta mereantur; (9) quapropter, praxia evitandi causa, sine legitimo titulo exercitium, & jus Hispano sermone *de la Media-Anata* non solventium, novissime determinatum conspiciunt, per Judicem Ordinarium omnium titulorum recognitionem fieri; (10) ex tanquam, haud poterunt Tribunalis Secularis excedere iurium, & sportularum, taxam, Hispano, *Arancel* vocatam. (11) Nullis eorum conceditur facultas, ubi Notarius adest, secularibus negotiis se immiscere. (12)

Aliaque circa Tabellionum creationem, Americanis Ditionibus emerguntur adhuc discrimina. Quod sit actus jurisdictionis, & unum ex constitutivis potestatis regie, juris est competentissimi. Nulli actionem similem, nisi regia adsit specialis facultas, competere, ab eodem non discrepat. Munere hujusmodi si de Regiis, vulgo *Escribanos Reales*, fuerit sermo, dummodo ex Regia Persona, Consiliove Supremo Indiarum titulum aut notariam non impetrassent, uti adhuc licet, etiamsi à Vicegerentibus concedatur, casibus necessitatis exceptis, in quibus peritiam, &

exercicio de Escribanos á los que hasta ahora se han nombrado, y se hallan en el uso y exercicio de tales. Y para que se cumpla, se acordó expedir esta nuestra Carta, por la qual os mandamos á todos, y á cada uno de Vos en vuestros distritos y jurisdicciones, que siendoos presentada, ó con ella requerido, veais la resolución de N. R. P. que queda citada, y la guardéis, cumplais, executeis, y hagáis guardar, cumplir y executar en todo y por todo, como en ella se contiene, sin contravenirla, ni permitir que se contravena en manera alguna, ni que ninguna persona, que desde ahora sea nombrada para dichas Escribanías, use ni exerza su oficio, sin que acuda primero al nuestro Consejo á solicitar la aprobación, calificar la idoneidad, recibir el signo, y pagar la Media-Anata: que así es nuestra voluntad.

(1) Vide *verb. Clericus.*

(2) *L. 2. tit. 19. p. 3. Leales, é buenos, é entendidos* deben ser los Escribanos de la Corte del Rey: é deben ser legos, porque han de hacer cartas de pesquisas, ó de otros pleytos, en que cae pena de muerte ó de lision, lo que non pertenece al Clerigo: *L. 49. tit. 25. lib. 4. §. 7. Ibi:* Que se permita á los Ordinarios Diocesanos, que para actuar en las causas criminales de los Clerigos puedan nombrar solamente un Notario que esté ordenado *in Sacris*, el qual no deba sacar Notaria de los Reynos:

(3) *L. ead. §. 5.* Que no sean Regulares: (4) *L. 37. tit. 8. lib. 5. Ind.* Encargamos á los Prelados Eclesiásticos de las Indias que nombren Notarios seculares legos, y siendo posible, sean Escribanos Reales de toda satisfacción, conforme á lo dispuesto por las leyes, y practicado en estos y aquellos Reynos.

(5) Vide *prax. sup.*

(6) *L. 13. tit. 3. lib. 1. Ibi:* Y mandamos que los Notarios Eclesiásticos no den Escrituras signadas, salvo en la forma que las dan los Escribanos publicos:

(7) *L. 49. tit. 25. lib. 4. §. 7. Ibi:* Pero todos los demás Notarios, así mayores, como de las Vicarias y de diligencias, han de ser precisamente legos, y sujetos á la visita y residencia de Escribanos: *L. 17. tit. 31. lib. 2. Ind.* El Oidor Visitador visite á los Escribanos publicos, y del Número, y Concejos, y Escribanos de Minas y Registros de todas las Ciudades, Villas y Lugares del distrito y de las Gobernaciones sujetas á la Audiencia, y á los Escribanos Reales, que en las Ciudades, Villas y Lugares residieren, y á los Notarios de las Audiencias y Juzgados de los Provisores y Vicarios, y otros Jueces Eclesiásticos, y sepa como han usado y usan sus oficios, y si en el exercicio han guardado y guardan las leyes,

(8) *L. 27. tit. 25. lib. 4. Ibi:* Porque en llevar los derechos los Jueces Eclesiásticos: y sus Notarios no guardan los Aranceles de estos Reynos: *L. 49. tit. 8. lib. 5. Ind. Ibi:* Se arreglen al Arancel Real: *L. 25. tit. 8. lib. 5. Ind. Ibi:* Y no excedan de los Aranceles en la cobranza de sus derechos: *L. 37. ejusd.* Los Notarios Apostólicos y Eclesiásticos lleven los derechos conforme á los Aranceles y Ordenanzas que deben llevar los Escribanos Reales. *Vide verb. Cancellaria.*

(9) *L. 1. tit. 25. lib. 4. Ibi:* Y mandamos que en todas las Ciudades, Villas y Lugares de estos Reynos, donde hubiere Escribanos publicos del Número, que estos solos puedan usar del dicho oficio, y que por ante estos solos ó qualquiera de ellos pasen los contratos, de entre

partes, y las obligaciones y testamentos, y no ante otros: (1) *L. 1. tit. 8. lib. 5. Ind. Ibi:* Y como quiera que por nuestras Reales Cédulas está dispuesto que no puedan usar estos oficios los que no tuvieren Título y Notaria de nuestra Real Persona, ó de quien con nuestra licencia y facultad especial la pueda conceder, porque esto es acto de jurisdicción, y parte de nuestro Señorío Real: y ninguno de nuestros Virreyes: pueda hacer, ni haga nombramientos, ni despache Titulos de Escribanos perpetuos, ni por tiempo limitado, para ningun efecto general, ni particular, por secreto, ni grave que sea, con pretexto de que hay falta de Escribanos: pues faltando la forma substancial, que es defecto de auctoridad y aprobación nuestra al Título ya dado, ó que de nuevo se diere por el dicho nuestro Consejo, á quien toca unicamente, no pueden tener efecto, ni valor alguno: y concedemos licencia y facultad á los Virreyes,

privatus exercitio Tabellionatus, &c. vel tantum quoad certam speciem ipsi prohibium exercitium Notariatus: B. G. in palatio, vel in gabella, &c. vel nisi porro confirmati inter volentes instrumentum, &c. vel si per Principem ad honores, & famam restituarur.

66 Illud haud est omittendum, quod Notarius instrumentum, quod ante condemnationem celebravit, & nondum publicavit, post condemnationem potest publicare: Stryk. *ibid.* &c.

tis, & notorium facti interpolati.

18 Notorium facti permanentis quid sit.

19 Notorium facti transeuntis quid sit.

20 Notorium facti interpolati quid sit.

21 Ad hoc, ut aliquod factum dicatur vere, & proprie notorium notorietate facti, sufficit esse factum in presentia majoris partis populi, seu communitatis, dummodo in tali communitate non sint pauciores homines, quam decem.

22 Quot requirantur ad constituendum collegium, universitatem, congregationem, familiam, parochiam, turbam, & hujusmodi, remissive.

23 Ad hoc autem, ut aliquod factum dicatur notorium notorietate facti non requiritur, quod sit factum in presentia majoris partis populi, quando populus in aliquo loco, vel civitate est valde numerosus, sed sufficit, quod sit factum in presentia majoris partis vicinia, parochie, collegii, aut communitatis respectu cujus dicitur notorium, & in similibus casibus spectat ad discretum Judicem declarare, an tale factum sit notorium vel non.

24 In factis vere notoriis potest iudex procedere, non servato iuris ordine, & ea absque alia probatione punire.

25 Unde ad puniendos delicta notoria non requiritur Accusator, vel denuntiator, nec libellus, sed potest iudex absque his ex officio procedere contra notorie delinquentem.

26 Nec requiritur productio, aut examinatio testimonii.

27 In veris notoriis nulla datur appellatio.

28 Addit. inseruntur, ad fin.

**NOTORIUM EST JUS, VEL FACTUM TRANSIENS IN NOTIONEM omnium vel majoris partis eorum. Est in re communis apud Fagnan. in cap. Vestra 7. de cohabit. Clericor. num. 68. & colligitur aperte ex cap. Quæsitum est 10. de**

## NOTORIUM.

## SUMMARIUM.

- 1 Notorium quid sit.
- 2 Notorium quare dicitur.
- 3 Manifestum prout distinguitur à notorio, quid sit.
- 4 Publicum quid sit, & quando differat à manifesto.
- 5 Manifestum quomodo differat à famoso, & rumore.
- 6 Fama est duplex, scilicet fama de homine, & fama inter homines, & que sit utraque.
- 7 Rumor quid sit.
- 8 Assignatur differentia inter famam, & rumorem.
- 9 Rumor est quid minus, quam fama.
- 10 Similiter publicum est quid minus, quam manifestum.
- 11 Item manifestum est quid minus, quam notorium.
- 12 Occultum est duplex, scilicet proprie occultum, & pene occultum, & quid sit utrumque.
- 13 Notorium est triplex, scilicet notorium juris, notorium facti, & notorium presumptionis.
- 14 Notorium juris quid sit.
- 15 Notorium facti quid sit.
- 16 Notorium presumptionis quid sit.
- 17 Notorium facti adhuc est triplex, scilicet notorium facti permanentis, notorium facti transeun-

scientia prædiis, usquequo aliud provideatur, creare valebunt. (1) Subire examen omnes tenentur: in hac peninsula, ut adnotatum manet, ad Supremum Castellæ Senatam pro illo subeundo est deveniendum, sed in Indiarum Provinciis ad Pretoria, dum magnum propter distantiam periculum non oriatur, quoniam si nasci iudicium fuerit, tunc temporis bene videtur, Gubernatoribus, astantibus ex Capitularibus duobus, vel Advocato Judici proximiori, ceteris requisitis non deficientibus, posse committi. (2)

(Ne despicias recognoscere que verb. Cancellaria, Regulares, pag. 37. col. 2. Scripturæ, Secretarius, &c. tam in addit. *hisp. quæ notis*. exponuntur; his omnibus adiace, variis ætatibus Tabellionum regionum examen esse prohibitum: tempore D. D. Joan. II. ita per leg. 2. tit. 18. lib. 2. *Ord. Reg.* erat provisum, nam extra tabellionatus officii vacationem nullus ad hujusmodi exercitium admitti poterat; expresse posterioribus decisionibus (*Vide leg. 40. tit. 25. lib. 4. Recop. Castell. Condit. 46. del quinto genero Quad. de Mill.*) decretum advertitur: per sex annos hæc prædicti exercitii alicui concedi vetabatur, quod quidem tempus ad viginti fuit prorogatum: omnia immoderato eorum numero, præjudicium consequentibus nitebantur: eadem nostris temporibus obtinuit prohibitio: propter similes causas, ut evitarentur, & in hac villa matritensi commodius hoc munus adimpleretur, ad centum & quinquaginta eorum est numerus redactus: præceptumque notatur, ne imposturum, usquequo qui istum numerum excedunt, defecerint, ultra admittantur, id est, nisi ille numerus diminutionem patiantur, nequiquam admitti poterit, ut asseritur, ita per *Reg. Sched. 2. Marii. anno 1785.* determinatur. Ne parvi pendatur ejusmodi exercitia, præter requisita supra insinuata, vide *lit. 1. pag. 157. col. 1. ubi per quamdam Sched. cujus ibi est mentio facta, illegitimi, licet ad alia admittantur, ad hæc nequiquam admittendi; per reg. prov. Jan. an. 1785. leg. 1. & 18. tit. 25. lib. 4. Recop. Castell.* observari mandatur: ideo nullus prædictis qualitatibus destitutus exercere hisce regnis valebit.)

partes, y las obligaciones y testamentos, y no ante otros:

(1) *L. 1. tit. 8. lib. 5. Ind. Ibi:* Y como quiera que por nuestras Reales Cédulas está dispuesto que no puedan usar estos oficios los que no tuvieren Título y Notaria de nuestra Real Persona, ó de quien con nuestra licencia y facultad especial la pueda conceder, porque esto es acto de jurisdicción, y parte de nuestro Señorío Real: y ninguno de nuestros Virreyes: pueda hacer, ni haga nombramientos, ni despache Titulos de Escribanos perpetuos, ni por tiempo limitado, para ningun efecto general, ni particular, por secreto, ni grave que sea, con pretexto de que hay falta de Escribanos: pues faltando la forma substancial, que es defecto de auctoridad y aprobación nuestra al Título ya dado, ó que de nuevo se diere por el dicho nuestro Consejo, á quien toca unicamente, no pueden tener efecto, ni valor alguno: y concedemos licencia y facultad á los Virreyes,

Presidentes y Gobernadores, para que en los casos referidos, y no en otros provean los oficios de Escribanos del Número y Concejo en las personas que les parecieren, siendo hábiles y suficientes, en interin que Nos proveemos de ellos á quien fuere nuestra voluntad:

(2) *L. 4. ejusd.* Nuestra voluntad es hagan precisamente por las Audiencias, á quien por nuestras Cédulas fueron expresamente cometidos, y no por otras, presupuesto que un examen con testimonio basta para todas partes y distritos de Audiencias; y si algunos Escribanos vivieren tan distantes, que sin gran incomodidad y peligro no puedan ir á ellas á ser examinados, cométase el examen al Gobernador con dos Capitulares, ó al Teniente Letrado mas cercano, de forma que se atienda á la suficiencia; y lo mismo se guarde con los Escribanos de gubernación que no están examinados, y por las causas referidas no pueden acudir á las Audiencias:

de cohabitatio. Clericorum, ibi: Notorium per sententiam, seu confessionem factam in iure, aut per evidentiam rei, que tergiversatione aliqua celari non possit; & concordat cap. Cum olim 25. de verb. significat. Dicitur autem  
 2 dat cap. Cum olim 25. de verb. significat. Dicitur autem notorium, quod transit in cognitionem omnium, ut ex Saliceto notat Fagnanus loc. cit. nam per maiorem partem totus populus representatur, l. Aliud 160. §. 1. ff. de Reg. Jur. ibi: Refertur ad universos, quod publice fit per maiorem partem. (Vide lit. C. pag. 91. §. 327. col. 2. & lit. B. pag. 172. col. 2. in novis.)  
 3 Manifestum autem prout distinguitur a notorio, est publica, seu famosa insinuatio, vel proclamatio ex certa scientia, & certis auctoribus proveniens. Ita in re communis apud Fagnan. loc. cit. num. 55. Dicitur famosa insinuatio, vel proclamatio, quia, ut quid vere dicatur manifestum, debet concurrere fama cum veritate. Et ex hoc patet differentia inter publicum, & manifestum, quod scilicet illud dicatur publicum, quod est factum presentibus multis, sed non est famosum: Manifestum vero quod secundum habet famam, arg. cap. 1. de postulat. Prælator. Fagnanus loc. cit. num. 56. & alii. Dicitur ex certa scientia, & certis auctoribus proveniens, ut sic pateat sua differentia a fama, & rumore: nam fama non requirit certam scientiam, sed provenit ex sola suspitione. Nec rumor requirit certum auctorem, sed provenit ex incerto auctore, ut patet ex suis definitionibus mox dandis: Manifestum autem certam requirit scientiam, & certos auctores, qui per certam cognitionem, habitam medio sensu corporeo, verum testimonium dare possint. Fagnan. loc. cit. num. 63. Butrius, & alii ibi citati. (Ad rem lex 20. tit. 1. pag. 1. Vide verb. Lex, cum leg. 28. tit. 1. p. 7.)  
 6 Fama est duplex, scilicet, fama de homine, & fama inter homines. Fama de homine, scilicet bona, est illæta dignitatis status vita, & moribus comprobatus, leg. Cognitionem 5. §. 1. De extraordinariis cognitiombus, prout originaliter deserit Glossa in cap. Infames, verb. Infamia 3. quart. 7. Fama inter homines, de qua ad præsens, est publica, seu famosa, & communis insinuatio, vel proclamatio ex sola suspitione, & certo auctore proveniens. Ita in re communis apud Fagnan. loc. cit. num. 38. per text. in cap. Sicut nonnulli, dist. 46. §. cap. Sanctum, in fine, de consecrat. dist. 4. cap. Cum insinuante, de purgation. Canonice.  
 7 Rumor est particularis insinuatio, seu proclamatio ex sola suspitione, & incerto auctore proveniens. Ita in re communis, apud Fagnan. loc. cit. numer. 44. per text. in cap. Super eo 5. De eo, qui cognovit consanguine uxoris suæ, cap. Osius, de elect. & cap. Veniens, circa princip. de Regular.  
 8 Unde patet, in quo differat fama, & rumor; fama enim a certo auctore procedit, & rumor ab incerto; & insuper fama est majoris partis viciniæ; rumor vero minoris partis, ut tertie, vel quartæ partis. Fagnanus loc. cit. n. 44. cum aliis ibi citatis. Et sic rumor est quid minus, quam fama, Glossa in cap. Super eo 5. De eo, qui cognovit consanguine uxoris suæ. Abbas in cap. Vestra 7. de cohabit. Cleric. & mulierum, n. 12. in fin. vers. Rumor verum: Fagnan. ib. n. 44. & alii.  
 10 Similiter publicum est quid minus, quam manifestum, cum ad manifestum requiratur fama, non vero ad publicum, & omne, quod est manifestum, sit etiam publicum, sed non e contra; arg. cap. 1. de postulat. Prælator. Fagnan. loc. cit. num. 56. Butrius, & alii.  
 11 Item manifestum proprie loquendo est quid minus, quam notorium; omne enim, quod est notorium, est etiam manifestum, sed non e contra; arg. cap. De hoc 13. de Simonia, Abbas loc. cit. num. 2. Fagnan. loco citato num. 54. & alii.  
 12 Occultum, quamvis varie sumatur, præcipue tamen duplici modo aliquid dicitur occultum, scilicet proprie occultum, & pene occultum. Proprie occultum dicitur illud, quod nulla ratione probari potest. Fagnan. loc. cit. num. 45. ubi testatur de communi, arg. cap. unio. ut beneficia ecclesiastica sine diminutione conferantur. Pene, vel quasi occultum est, quod probari quidem potest, sed solum difficulter, & per paucos, v. gr. per duos, vel

tres, aut quinque. Nam secretum adhuc dicitur etiam illud, quod fit in presentia quinque personarum, antequam judicialiter sit discussum, cap. Quis aliquando 87. de penitent. dist. 1. §. Hæc ergo secreta, verb. Filiam Archisynagogi: & notat ibi Glossa verb. Secreta: observans esse secreta, que sunt sub presentia quinque personarum, & ideo donec clare fiat fides in iudicio, ab Ecclesia toleratur, cap. Vestra 7. de cohabit. Clericor. & mulierum, ibi: Aliud est pene occultum, quod ab ecclesia toleratur, & Glossa ibid. verb. Occultum: ibi: Tandem reputatur occultum, licet plures scient, quantum ab ecclesia toleratur, utpote ad iudicium nondum deductum.  
 (Ad rem Procium in princip. ibi: Max per voluntatem cum leg. 31. tit. 4. 32. tit. 5. p. 1. a. tit. 3. p. 4. 21. tit. 1. p. 6. 4. tit. 29. p. 7. & verb. Detractio, Fama, & Infamia.)  
 Notorium est triplex, scilicet notorium juris, notorium facti, & notorium præsumptionis. Glossa communiter recepta in cit. cap. Vestra verb. Notorium: Notorium juris est, de quo aliquis in iudicio condemnatus, aut in iure confessus est; ita in re communis per textum in cap. Quæsitum est 10. de cohabit. Clericor. & mulierum, ibi: Notorium per sententiam, seu per confessionem factam in iure. Notorium facti est factum ita evidenter exhibitum conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari: Ita in re communis per text. in cit. cap. Quæsitum: ibi: Aut per evidentiam rei, que tergiversatione aliqua celari non possit, & cap. Cum olim 24. de verb. significat. ibi: Aut evidentia rei, quæ nulla possit tergiversatione celari. Notorium præsumptionis, seu notorium præsumptum, est dictum, vel factum ex publicis circumstantiis a iure pro veritate acceptum, seu est evidentijs juris vehementer præsumpta. Ita in re communis apud Fagnan. loc. cit. num. 84. & sequent. Exempla notorie præsumptionis sunt paternitas, & filiatio, nam quod aliquis sit alterius pater, vel filius, non potest vere probari; leg. Lucius 83. ff. de conditionibus, & demonstrationibus. Sed jus præsumit vehementer esse filium, qui natus est de nuptiis; leg. Filium 6. ff. de his, qui sui, vel alieni juris sunt, ibi: Filium enim definimus, qui ex viro, & uxore ejus nascitur, & concordat leg. Quia fit de in jus vocando, ibi: Pater vero is est, quem nuptie demonstrant. Vel quia publice pro filio habitus, & nominatus, atque alius fuit. Glossa communiter recepta in cap. Michael 13. de fidei Presbyterorum, verb. Constituerit: Idem solet exemplificari in infamato, cui indicta est purgatio canonica, & deficit, tunc enim is præsumitur esse reus criminis, cap. Tua 8. de cohabit. Cleric. & mulier. cap. Insinuatum 23. de Simonia; Fagnan. loc. cit. n. 86. & alii.  
 (Tria hic proxime proponuntur; ad 1. & 2. vide leg. 33. tit. 4. 44. tit. 6. p. 1. 3. tit. 18. p. 6. 28. tit. 2. 6. art. 6. ac 10. tit. 10. p. 7. cum glor. D. Greg. Lap. vide etiam D. Covar. cap. Alma Mater 1. part. §. 2. num. 10. D. Did. Pet. gloss. 2. post princip. in leg. 6. tit. 2. lib. 4. Ord. Reg. Paz in leg. 1. Stryk, aique Vela de delict. cap. 7. Ad tertium vide (ad utrumque applicari valent) leg. 10. 11. & 28. tit. 9. 33. tit. 4. 38. tit. 6. part. 1. Proœmium tit. 7. leg. 2. tit. 15. part. 2. §. 9. tit. 14. part. 3. Proœmium ac leg. 3. & 7. in fine, tit. 2. Proœmium; & leg. 1. tit. 5. part. 4. Eisdem adijunge add. hispan. verb. Successio ab intestato, verb. ibi: Pro naturalibus: ac denique D. Anton. Gom. tom. 3. cap. 1. num. 42. & deinceps, num. que 49. vers. Tertio proceditur.)  
 Notorium facti adhuc est triplex, sicut & factum, 17 scilicet notorium facti permanentis, notorium facti transiens, & notorium facti interpolati. Glossa communiter recepta in cap. Manifesta 15. caus. 1. quest. 1. Fagn. loc. cit. num. 78. & alii passim. Notorium facti permanentis est, quod continuo sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, unde non indiget aliqua probatione, nisi inspectione oculari. Exemplum est de eo, qui detinet in domo, mensa & lecto concubinam, omnibus scientibus, & videntibus filios natos, & nascentes, qui reddunt notoriam incontinentiam

tiam continuum, arg. cap. Priusquam, dist. 29. cap. Proposisti, dist. 82. cap. Consuluit 14. de appellacionibus, cap. Tua 8. de cohabit. Clericor. & mulierum, leg. Si vicini 9. Cod. de nuptiis, cum similibus: Fagn. l. c. num. 79. & seq. cum aliis ibi citatis. Notorium facti transiens est, quod transeunt sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut cum quis in publica platea, seu via in conspectu totius populi aliquem occidit, & hujusmodi, arg. Deus omnipotens 20. §. Quando autem, caus. 2. quest. 1. Fagnan. citat. numer. 82. & alii passim. Notorium facti interpolati est, quod non continuo, sed sæpius per intervalla, seu interpolate sic se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut patet de usurario publico, qui non continuo, sed interpolate muruat ad usuras, cap. Cum tu 5. de usuris; & sic de meretricis notoria, quæ non peccat continuo, sed interpolate, & de similibus. Et hujusmodi notorium facti interpolati, sicut & notorium facti transiens, cum non habeat facti permanentiam, si subse negetur, indiget probatione, arg. cap. Consuluit 14. de appellat. ubi notatur, quod multa dicuntur notoria, quæ talia non sunt, adeoque ubi negetur, probari debent.  
 21 Ad hoc ut aliquod factum dicatur vere, & proprie notorium notorietate facti, sufficit esse factum in presentia majoris partis populi, viciniæ, parochiæ, collegii, communitatis &c. dummodo tamen in tali communitate non sint pauciores homines, quam decem. Quia decem constituunt populum, arg. cap. Unio. 3. caus. 10. quest. 3. Glossa ibidem verb. Mancipiam: & jam fuit dictum sub verb. Collegium, d. num. 5. ad 17. ubi fuit assignatum, quod requiratur ad constituendum collegium, universitatem, congregationem, familiam, parochiam, populum, turbam &c. adeoque, cum ex citatis juris supra num. 2. per maiorem partem totus populus representetur, id quod fit coram majori parti communitatis, coram omnibus ejusdem, & sic notorie, fieri censetur. Abbas in cap. Vestra 7. de cohabit. Clericor. & mulierum n. 16. Sylvester verb. Notorium q. 4. Navarr. in Mental. cap. 27. n. 55. Salicet. in leg. Ea quidem 7. Cod. de accusation. n. 58. & alii passim arg. cap. De manifeste 16. caus. 2. q. 1. & Glossa ibid. verb. Plurimis. (Postquam proxime notata attente meditatæ fueris, vide etiam leg. 7. tit. 2. 1. tit. 13. p. 4. gloss. ibi fin. & 1. D. Gom. tom. 3. cap. 1. n. 43. & 48.)  
 23 Ad hoc autem ut aliquod factum dicatur notorium notorietate facti, non requiritur, quod sit factum in presentia majoris partis populi, quando populus in aliquo loco, vel civitate est valde numerosus, quia nemo audebit dicere, quod in civitate 600. mille hominum ad hoc ut aliquod factum dicatur notorium, requiritur, quod sit factum in presentia 300. mille hominum, sed sufficit, quod sit factum in presentia majoris partis viciniæ, parochiæ, collegii, aut communitatis, respectu cuius dicitur notorium, & in similibus casibus spectat ad prudentem, & discretum Judicem declarare ex circumstantiis, & qualitate actus, loci, temporis, & personarum, an tale factum sit notorium, vel non, cum circa hoc nihil habeatur in iure definitum, arg. leg. 1. §. 2. de iure deliberand. l. Continus 137. ff. de verb. obligat. & cap. De causis 4. de Offic. Delegati. Sic Abbas in cit. cap. Vestra num. 16. Fagnan. ibid. num. 92. cum pluribus ibi citatis, Reiffenstuel lib. 5. decret. tit. 1. d. num. 250. & alii.  
 24 In factis vere notoriis potest iudex procedere, non servato juris ordine, & ea absque alia probatione punire. Communis, per clarissimos textus in e. Prohibentur 14. §. His omnibus caus. 2. quest. 1. ibi: Que manifesta (id est, notoria) sunt, judicium ordinem non requirunt, cap. Que Lotharius 26. ead. caus. 2. quest. 1. ibi: In talibus (scilicet notoriis) judicium ordinem non requiritur, cap. Super eo 3. de testibus cogendis, ibi: Si factum est notorium, non eget testium depositionibus declarari, cum talia probationem, vel ordinem judicarium non requirant.  
 (Ad rem lex 4. tit. 9. p. 4. & 2. tit. 1. p. 7. cum ejus glor. Vide verb. Accusare qui possint. Paz in praxi

tom. 1. p. 5. cap. 3. & D. Ant. Gom. ubi supra num. 31. 41. 42. &c.)  
 Unde ad puniendam delicta notoria non requiritur accusator, denunciator, nec libellus, sed potest iudex absque his ex officio procedere contra notorie delinquentem: Communis, textu expresso in cap. Evidentia 9. de accusationibus: ibi: Evidentia patratu sceleris non indiget clamore accusatoris, cap. Manifesta 15. caus. 2. q. 1. ibi: Manifesta accusatione non indigent, Clementini. Sæpe 2. de verb. significat. verb. Nos autem: cum similibus. Nec requiritur productio, aut examinatio testium. Communis, textu expresso in cit. cap. De manifesta 17. caus. 2. quest. 1. ibi: De manifesta, & nota pluribus causis, non sunt querendi testes; cap. Super eo 3. de testibus cogendis: ibi: Si factum est notorium, non eget testium depositionibus declarari. Cum enim iudex jam certus sit ex facto vere notorio, non indiget per testes ulterius certiorari, arg. cap. Bim, qui 31. de Reguli Juris in 6. ibi: Bim, qui certus est, certiorari ulterius non oportet.  
 In vere notoriis nulla datur appellatio, & si appellatur, potest iudex procedere ad executionem poenæ, non obstante tali appellatione. Communis, textu expresso in cap. Cum sit Romana 5. de appellacionibus, ibi: Qui de crimine impetitur, appellare potest, nisi sit notorium, cap. Pervenit 23. tit. eod. ibi: Si vero publicus est, & notorius, appellacionis obtentu non pratermittas quin eos excommunicatos depuntes, ipsosque factis sicut excommunicatos cautius evitare, & concordant c. Consuluit 14. &c. Proposuit 24. tit. eodem.  
 (Conducunt lex 9. tit. 9. p. 1. glor. fin. in proœmio, & lex 28. tit. 1. p. 7. glor. 5. D. Ant. Gom. ubi proxime atque lit. A pag. 138. n. 20. & pag. 163. col. 2. in fin. per add. nov. exposita.)  
 Recte it Glossa in cap. Manifesta caus. 2. q. 1. quod 28 tidie de notorio loquimur, quid autem sit, ignoramus.  
 Non male autem describitur notorium id quod omnibus, vel plerisque ita manifestum, evidens, publicum, cognitumque est, ut nullo modo a quovis in dubium vocari possit, sed de quo omnes, vel plerique factis sicut excommunicatos cautius evitare, & concordant c. Consuluit 14. &c. Itaque manifestum, evidens, notum, & cognitum esse, 30 per se non facit notorium, nisi iudicem, & omnibus, vel plerisque manifestum, evidens, notum, cognitumque ut nihil amplius dubii remaneat.  
 Patet autem hinc, non omne manifestum esse notorium. Potest enim quid esse manifestum, quod tamen non omnibus, vel plerisque notum sit, & ita nec notorium. Idemque dici potest de evidenti. Quinimo nec omne publicum dici potest notorium. Aliquando enim dicitur publicum id, de quo per famam constat: Hoc vero dici nequit notorium, quum tergiversatione, seu exceptione quadam possit celari, & elidi.  
 Utile autem est hæc observasse; nam ex confusione 34 notorii cum manifesto, evidenti, & publico, nonnulli errores nati sunt. Huc pertinet quod dicitur communiter, acta iudicii facere notorium. Quot quæso negotia, & lites peraguntur, & deciduntur in iudicio, quæ tamen in paucissimorum hominum notitiam veniunt. Porro notoria hæc esse, nemo qui ob oculos habeat veram descriptionem notorii affirmare potest. Vide & alios errores notatos a Stryk. juridic. dissert. vol. 2. disp. 4. cap. 1. §. 16. & plurib. sequent. qui una ex justa idea notorii rejicit divisionem, quam vulgo tradunt Doctores notorii in notorium juris, & notorium facti, & notorii juris in notorium dispositionis, notorium præsumptionis, & notorium probationis.  
 De notorio, an & quomodo probationem in iudicio 37 admittere possit, nec non, vide Stryk. ubi supra cap. 2. per 101.  
 Effectus notorii plures vulgo tradi solent: Prior est, quod in notoriis juris ordo non sit servandus. At effectum hunc aliqui admittunt tantum in criminalibus, non item in civilibus. Sunt qui & in criminalibus hunc ipsum admittunt, si agatur de notorio facti permanentis, nequam vero de notorio facti transiens.  
 Mihi vero eorum aridæ sententia, qui tenent in no- 39 10-